



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Apothecarii, Chirurgi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Apothecarii, Chirurghi.

Salubrem de miseria hominis reflexionem facies, si in Apothecis tot videas vascula amore sanitatis sumenda licet naturæ adversantia. De quibus præter ea sæpè cum veritate dici potest *mors in olla*, & in cubiculis Chirurgorum tot instrumenta, quibus brachia, pedes hominis refecantur, vel in parte hac illa corporis fit apertura ad eximendum è vesica lapidem, vel ipsum hominis cranium aperitur. Essent plures in urbibus periti Chirurghi, si externi sine magnis expensis ob artis suæ excellentiam tribui incorporarentur, & Chirurgorum in urbibus filii parentibus succedentes, non contenti, quòd barbam radere possint, per multos annos in castris vel magnis hospitalibus in arte sua se præviè excoluissent.

Jurista, Advocati.

Tot Sanctos non numerant, quot Medici, sed omnes *Advocatum habemus apud Patrem JESUM Christum* 1. Joan. 2. Cave ne ex Advocato fiat tibi Judex irreconciliabilis. *Ubi est corpus [Juris] ibi congregantur & aquila.* Matth. 24. ingeniorum. Nolim joculari cum viris gravibus trito illo *S. Ivo Advocatus & non latro, ô res stupenda!* sed oro Deum denuò, ut à Principibus ac Magistratibus *genuini legum Sacerdotes* seligantur, iisque de tali provideatur
sala-